UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conciliis Generalibvs Approbatis Ac Reprobatis Breve Compendivm.

Longo, Francesco

Romae, 1624

§ 13. Appellantes à grauamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum ad laicam potestatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10467

Visual Library

næ cum ſæpè extra ipſam cauſæ cognoſcendæ committi ſoleant.

§. 13.

Appellantes à grauamine, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum ad laicam poteſtatem.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, tã Eccleſiaſticos, quàm ſeculares cuiuſcunq; dignitatis, qui prętexentes friuolam quandam appellationem à grauamine, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum, etiam in forma Breuis, tam gratiam, quàm iuſtitiam concernẽtiũ; necnon citationum, inhibitionum, ſequeſtrorum, monitoriorum, proceſſuum, executorialium & aliorum decretorum à nobis & à Sede prædicta, ſeu Legatis, Nuncijs, Præſiden-

ſidentibus, Palatij noſtri & Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus, Commiſſarijs, alijsque iudicibus, & delegatis Apoſtolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut alias, ad Curias ſeculares & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea, inſtante etiam Fiſci procuratore, vel aduocato, appellationes huiuſmodi admitti ac literas, citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt: qui uè illa ſimpliciter, vel ſine eorũ beneplacito & conſenſu, vel examine executioni demandari; aut ne tabelliones, & notarij ſuper huiuſmodi literarum, & proceſſuum executione inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cuius intereſt, tradere debeant; ac etiam partes ſeu eorum agentes, conſanguineos, affi-

nes, familiares, notarios, executores & ſubexecutores literarum citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum, capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex ciuitatibus, locis, & regnis eijciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur, per ſe, vel aliũ, ſeu alios, publicè, vel occultè, quiuè alias quibuscunq; perſonis in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſuis eorum negotijs proſequendis, ſeu gratijs, vel literis impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas, vel literas à dicta Sede impetrent, ſeu impetratis vtantur, directè, vel indirectè prohibere, ſtatuere ſeu mandare; vel eas apud ſe, aut notarios, ſeu tabelliones vel alias quomodolibet retinere præſumunt.

Hanc

Hanc cenſuram incurrunt tam ſæculares, quàm Eccleſiaſtici eam violantes, & tam publica, quàm priuata auctoritate impedientes. Etiam indirectè impedientes executionem, recurſum, & cætera hic expreßa.

Non incurrerent, qui offenderent hic nominatos, alia ratione, vel occaſione quàm cauſarum, aut negociorum in Curia Romana: puta, ſi quis eos verberaret ex priuata inimicitia: vel ex auaritia eos bonis ſpoliaret.

§. 14.

Executionem liter. Apoſtolic. aut aliorum expeditionum impedientes, & prohibentes ad gratias impetrandas accedentes.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, &